Quando Sol in reuolutiõe alicui⁹ āni fuerit in leone:⁊ in aliquo angulorũ in bono statu ab infortũis liber:⁊ habuerit testimoniũ in anno ⁊ radice corporis significat sanitatē vtilitatē ⁊ lucrũ. Et si ifortunat⁹ fuerit in domo sua:accidēt ei dolores:⁊ si fuerit in hoc statu remotus ab angulis ⁊ infortunat⁹ ⁊ sup terrā:he infirmitates minores ⁊ leuiores erũt. ℂQñ Sol in reuolutiõe fuerit in virgine ⁊ sup terrā:⁊ aspexerit ascēdēs:⁊ habuerit aliqđ testimoniũ in reuolutiõe nati significat sanitatē ⁊ q̃ pcurabit ⁊ petet substantiā ⁊ doctrinā:⁊ si cũ hoc auxiliũ habuerit a fortunis in volũtate ⁊ petitiõe sua eius pficiet volũtatē. Et si habuerit ibi testimoniũ ab infortunis:sigñt infortuniũ:⁊ q̃ nõ cõplebit qđ voluerit:maxie si infortune testimoniũ habuerint in reuolutiõe. ℂQñ Sol in reuolutiõe fuerit in libra sup terrā:⁊ habuerit aliqđ testimoniũ in anno:natus faciet itinera. Et scies bonũ i illis itinerib⁹ a statu solis ⁊ planetarũ qui cõmixtionē habuerint cuz eo. ℂQñ Sol in reuolutiõe fuerit in scorpiõe:⁊ in aliquo angulorũ in bono statu:maxi

me in medio celi ⁊ habuerit aliqđ testimoniū in reuolutiōe: hēbit valorē ⁊ dñiū regis: bonū ⁊ lucrū: ⁊ in hereditatibꝰ incremētū. Et si remotꝰ ab angulis fuerit ⁊ saluꝰ ab infortunijs ⁊ dānis: ⁊ aspexerit ascēdēs: intromittet se de laboribꝰ ⁊ agricultura ⁊ societas ⁊ cōsanguinei eiꝰ leticiā ⁊ bonū hēbūt. ¶ Qñ sol in reuolutiōe fuerit in sagittario: ⁊ habuerit testimoniū in reuolutiōe: ⁊ fuerit in aliquo angulorꝫ ac in bono statu: natꝰ hēbit bonū ⁊ letitiā ⁊ prolē illo anno. Et si fuerit infortunatꝰ: accidet ei tristitie multe: ⁊ moriētur aliq ex filijs si eos hūerit. ¶ Qñ sol in reuolutiōe fuerit in capricorno: ⁊ hūerit posse ac testimoniū in āno: sigt infirmitates ac dolores: tristitias multas: vilitatē: modicū nomen: ⁊ ꝙ natꝰ illo anno associabit boibꝰ inferioris cōditiōis q̄3 ipse. ¶ Qñ sol in reuolutiōe fuerit in aq̄rio: ⁊ habuerit posse ac testimoniū in āno ⁊ fuerit saluꝰ ab infortunijs: sigt cōiugiū illo anno ⁊ augmētū in societate ⁊ nutritis. Et si fuerit infortūatꝰ destruent aut infirmabunt aliq de societate sua: ⁊ hēbit aduersarios ⁊ cās. Et si cū h̄ receptꝰ fuerit erit leuiꝰ atq3 minꝰ. ¶ Et qñ sol in reuolutiōe fuerit in piscibꝰ ⁊ hūerit testimoniū ⁊ posse illo anno: ⁊ infortunatꝰ hēbit multas tristitias illo anno malū statū ⁊ fatigabit in eis. Et si fuerit fortunatꝰ hēbit tristitias sine iure ⁊ forte aliquātulū boni. ¶ Et qñ sol in reuolutiōe āni fuerit in ariete ⁊ hūerit posse ac testimoniū illo āno ⁊ fuerit liber ab infortunijs: sigt meliorationē in sba ⁊ bona itinera. Et si cū hoc fuerit in aliq̄ angulorꝫ: hēbit dñiū a regibꝰ adherebit eis: lucrū ⁊ cōmodū hiturꝰ. Et si fuerit infortunatꝰ: accidēt ei a regibꝰ tristitie ⁊ labores: maxie si ipse ifortunatꝰ existēs fuerit in aliq̄ angulorꝫ. ¶ Et qñ sol fuerit in tauro in reuolutiōe ⁊ habuerit testimoniū ⁊ posse in reuolutiōe saluus ab infortunijs sup terrā ⁊ aspexerit ascendens: hēbit q̄d videre cū regibus ac vtilitatē ⁊ lucrū. Et si fuerit infortunatꝰ: sigt ꝙ attingēt eū pene tristitie ac labores ex pte regū. Et si cū hoc fuerit in aliq̄ angulorꝫ: peiꝰ ⁊ affixiꝰ erit hoc. ¶ Et qñ sol in reuolutiōe fuerit in geminis ⁊ habuerit testimoniū in āno: ⁊ fuerit liber ab infortunijs ⁊ sup terrā: ⁊ aspexerit ascēdens vel signū applicatiōis: significat incremētū ⁊ bonū in societate ac eiꝰ nutritis: ⁊ forte illo anno prolē habebit. Et si fuerit infortunatꝰ: accident ei tristitie ⁊ grauamina rōne horꝫ ꝑdictorꝫ nec eiꝰ petitiōes cōplebunt. ¶ Et qñ sol i reuolutiōe āni fuerit in cācro ⁊ hūerit testimoniū ⁊ posse i āno: ⁊ fuerit sub terra: eiꝰ inimici offendēt eū illo anno: ⁊ si cū h̄ nō aspexerit eū luna: erit peius ⁊ fortius.

¶ De reditu. ♀.

Quando venꝰ in reuolutiōe āni ꝑuenerit ad locū in q̄ fuit saturnꝰ i radice: sigt ꝙ hēbit magnū desideriū coitꝰ. Et venus cum hoc apparens fuerit de subradijs ⁊ ab infortunijs libera: erit ꝙ de hoc fecerit bono mō. Et si fuerit apparens de subradijs ⁊ infortunata qđ fecerit turpi modo ⁊ forte vituperabit inde. Et si cu3 hoc venus fuerit sub terra quod inde fecerit: erit coopertū ⁊ celatū. Et si cum hoc habuerit venus testimoniū illo anno: habebit tristitias rōne mulierū: ⁊ aget cum illis in turpibus locis ⁊ fedis modis: ⁊ accident ei ꝓpter hoc grauamina: multum sequet eas: ⁊ forte illo anno prolem habebit vel aliquā impregnabit. ¶ Et si venus in reuolutione peruenerit ad locum in quo fuerit iuppiter in radice significat meliorationem in lege: ⁊ ꝙ faciet itinera religionis gratia habebit sbam de bonis mortuorum: ⁊ facit itinera pro eundo visitatū fratres vel amicos: lucrabitur amicos honoratos ⁊ laudatos: proficiet ex eis: infirmabitur ⁊ postea sanabitur. Et si venus habuerit testimonium illo anno: infirmitates eius erunt ex ventositate aut dolore in gutture. Et si iuppiter habuerit ibi testimonium vice veneris: infirmitates eius erunt ex melancolia. ¶ Et quādo venus in reuolutione applicuerit ad locū quo fuerit mars in radice: ⁊ vnus eorꝫ habuerit posse ac testi-

monium in anno: significat coniugiū ac magnū desideriū ⁊ volūtatem mulierum: ac vti multū coitu. Et si vnus aspexerit alteꝝ qcqd volet ⁊ petierit de letitijs ⁊ ludis ⁊ causis mulieꝝ perficiet ⁊ habebit. ¶ Qñ venus in reuolutione applicuerit ad locū in quo fuit sol in radice ⁊ fuerit iūcta cū eo: ⁊ ipsa posse habuerit ac testimoniū in anno: ⁊ ambo fuerint in aliquo angulo: patiet grauamina ⁊ labores ⁊ occultabit se a rege. Et si ab angulis remoti fuerint accident ei infirmitates calide. Et si sol ibi testimoniuȝ habuerit vice veneris: crescet in valore ac laude habebit dominiū: faciet itinera: ⁊ capiet amore. ¶ Et si venus in reuolutione peruenerit ad suūmet locū radicis: ⁊ habuerit posse ac testimonium in anno: ascēdet in preciū ⁊ valorem: perueniet ad dominiū: ⁊ renouabunt res q̄s significauit in radice: crescet in societate ⁊ nutritis vestimentis ⁊ opibus. ¶ Et qñ ven⁹ in reuolutiōe applicuerit ad locū: in quo mercurius in radice fuerit ⁊ habuerit posse ac testimoniū in anno: potentiā habebit ac gloriam in loquendo ⁊ ratiocinando ac doctrina ⁊ documento. Et si testimoniū fuerit veneris: associabit cantoribus: ioculatoribus ⁊ iocularicibus. Et si ambo infortunati fuerint vel vnus eoꝝ: accident ei grauamina ⁊ labores causis ⁊ rōnibus istis. ¶ Et si venus in reuolutione peruenerit ad locū lunę in radice: ⁊ luna fuerit ab infortunis salua: ⁊ vna eaꝝ habuerit posse ac dominiū in anno: meliorabit status ⁊ negociū eius ⁊ societatis suę: ⁊ habebit cū regib⁹ qd videre: ac fratreȝ habebit si vixerint eius parentes: aliogn lucrabit amicū q sibi erit in similitudine fratris.

¶ De reditu ☿.

Quando Mercurius in reuolutione peruenerit ad locū quo fuit saturnus in radice: ⁊ mercurius habuerit testimoniū in anno ⁊ fuerit ab infortunis saluus faciet itinera in qbus crescet eius bonū ⁊ status: ⁊ forte habebit filiū illo anno. Et si saturnus testimoniū habuerit vice mercurij destruent eius filij: ⁊ ipse infirmabit: ⁊ eius ꝯsilia ⁊ cogitationes inuoluent: damnabit lex eius: ⁊ omne factū bonū abhorrebit. ¶ Qñ mercurius applicuerit ad locū in q̄ fuerit iuppiter in radice: ⁊ vnus eoꝝ habuerit testimoniū in anno: dignitatem ⁊ honorē habebit ab alio se meliori: ⁊ augebit doctrina ⁊ sensus eius: ac vxorabit si fuerit ad hoc aptus. Et si testimoniuȝ habuerit ⁊ fuerit infortunatus: adducēt dānū de manerie significatiōis ipsius infortunij ⁊ ꝙ inimici ꝯtrabunt ei. ¶ Qñ Mercurius in reuolutione applicuerit ad locū martis in radice: ⁊ habuerint testimoniū ambo in anno natus addet mendacia ⁊ falsitates: ⁊ dicet res q̄ nūq̄ fuerūt nec acciderūt. Et si retrogradus fuerit vnus eoꝝ faciet furta. Et si testimoniū fuerit mercurij solius significat damnū in statu eius: ⁊ ꝙ accident infirmitates ei ex calore ⁊ sanguine. Et si ꝑ martē damnatus fuerit in reuolutione: erit in metu moriendi anno illo. Et si testimoniū fuerit martis eo ingrediente sub radijs solis: timebit ne interficiat anno illo vel expellatur de terra sua. ¶ Qñ mercurius in reuolutione peruenerit ad locū in quo fuit sol in radice ⁊ fuerit iūctus cū eo: ⁊ mercurius habuerit testimoniū in anno: ⁊ ambo fuerint in aliquo anguloꝝ in bono statu: habebit honorē ⁊ dignitatē regis: maxime si fuerint in medio celi. Et si fuerint remoti ab angulis hę significatiōes erūt minores. Et si testimoniū fuerit solis vice mercurij: habebit a discipulis vel seruis suis: vel ab hoibus q regunt per euȝ q: erūt ei boni ⁊ fideles. ¶ Qñ mercurius applicuerit in reuolutione ad locū veneris in radice: ⁊ mercurius habuerit testimoniū in anno: significat ꝙ diliget ⁊ pergret rithmos fabulas cantationes versus ac rimas: ⁊ stare appetet in locis ludi ⁊ solatij. Et si ven⁹ in anno testimoniū habuerit: augebit propter dignitatem officij regis: ⁊ omnia perquiret

q̄bus se limpidet: vt pulcher appeat. ℭ Qñ mercurius in reuolutiõe puenerit ad suum/met locũ radicis ⁊ habuerit testimoniũ in anno: ⁊ fuerit in aliquo anguloꝝ in bono statu augebit̃ in precio ⁊ valore: ⁊ habebit bonũ ⁊ honorabile nomẽ. Et si significationez habuerit in sba: lucrabit̃ sbam. si in fratribus: habebũt eius fratres bonũ. Et hoc mõ p oẽs domos alias iudicabis. Et si dãnatus vel in infortunatus fuerit malũ ⁊ grauitatez significat de mõ rei in qua significatio fuerit. ℭ Qñ mercurius in reuolutiõe ad locũ lune peruenerit in radice ⁊ luna testimoniũ habuerit in anno: itinera faciet: ⁊ habebit in illis causas cũ inimicis suis ⁊ aduersarijs: vel habebit metum de inimicis. Et si testimo/nium mercurij fuerit vice lune: habebit bonũ ex parte amicoꝝ: ⁊ plures amicos lucra/bitur: ⁊ erit cõpletus: ⁊ si fuerit infortunatus: accidẽt ei grauamina in p̄dictis.

ℭ De reditu ☽.

Quando in reuolutiõe anni luna puenerit ad locũ ĩ quo fuerit satur/nus in radice: ⁊ luna testimoniũ hũerit in anno: vxorabit̃ cũ vetula vl' aget cũ ea. Et si cũ hoc infortunata fuerit: accidẽt ei cãe q̄bus ipediet se. Et si cũ hoc infortunio significationẽ habuerit in anno in 8ª do/mo: habebit metũ moriẽdi illo anno. Et si saturnus testimoniũ habuerit veniẽt ei mala noua a lõge q̄bus grauabit̃ ⁊ dolebit. ℭ Qñ luna in reuolutiõe puenerit ad locũ in quo fuit Jup. in radice: ⁊ luna testimoniuz habuerit in anno: ⁊ fuerit in bono statu ab infortunis libera faciet itinera ⁊ trãsibit p loca vbi erũt aq̃ multe: ⁊ habebit in itineribus ipsis bonũ ⁊ lucrũ. Et si fuerit infortunata: accidẽt ei grauamina ⁊ infirmita tes. Et si testimoniũ fuerit iouis ⁊ luna eũ aspexerit: nascet̃ ei filius. ℭ Qñ luna in reuo lutione puenerit ad locũ quo fuit mars in radice: ⁊ luna testimoniũ habuerit in anno in bono loco ⁊ statu recepta: dñiũ habebit in quo habebit metũ: ⁊ associabit̃: ⁊ hẽbit q̄d videre cũ hoibus armigeris: nascet̃ ei filius vel filia si fuerit aptus: ⁊ accidẽt ei infirmi/tates cal'e ⁊ humide sicut de sanguine. Et si fuerit in malo statu: vel infortunata: he infir mitates maiores ⁊ affixiores erũt: ⁊ accident ei grauamina ex p̄te regis: ⁊ erit in metu moriẽdi illo anno: vel aliq̄s filioꝝ suoꝝ si eũ hũerit. Et si testimoniũ anni fuerit martis: accidẽt ei grauamina ⁊ labores a rege vel ab eo maiore: ⁊ faciet itinera in q̄bus nõ ha/bebit bonũ. Et si luna fuerit in p̄dicto statu applicãdo in reuolutiõe ad locũ: in quo fuit mars in radice: ⁊ post modũ iũcta fuerit cũ eodẽ aliq̃ die illius anni: vel aspexerit eũ dñs illius reuolutiõis aliquo mõ: p̄det sanguinẽ illa die: maxᵉ si luna fuerit in ascẽdẽte vel in signo applicatiõis ⁊ mars dñs illi⁹ anni vel mẽsis vel diei: q: tũc erit illa res affixior fir/mior atq; maior: ⁊ hẽbit cãs ac grauamina. Et sil'r sig̃t qñ illa hora aspexerit locũ suuz. ℭ Qñ luna iũcta fuerit cũ sole in reuolutiõe: ⁊ ip sa hũerit testimoniũ in anno: accidẽt ei grauamina ⁊ dãna a rege ⁊ a maioribus eo sicut p̄ribus ⁊ dñis. Et si sol hũerit testimo/niũ in anno hẽbit dñiũ ⁊ bonũ: tñ in piculo erit ⁊ mulieres assimilãtes ei: ⁊ he significa tiones plures ⁊ efficaciores erũt: si luna fuerit cõbustionẽ ingrediẽs: tñ si exiuerit de cõ/bustione min⁹ ⁊ leui⁹ erit hoc. ℭ Qñ luna puenerit in reuolutiõe ad locũ vbi fuerit ve/nus in radice ⁊ fuerit recepta ⁊ salua ab infortunis: sig̃at q itinera q̃ cogitauit illo an/no facere disturbabunt̃ ei: et forte nullũ iter faciet illo anno: sed morabit̃ in domo sua: ⁊ cũ eius societate ac letabit̃ cũ eis: et crescet ei societas: et erit vitiosus illo anno: letus: cõ pletus et pacatus: hereditates lucrabit̃: intromittet se de eis: et q̃d his assimilat̃. Et si fuerit infortunata: sibi accidẽt grauitates et tristitie de manerie p̄dictaꝝ reꝝ. Et si venus testimoniũ habuerit: honorẽ: laudẽ et dominiũ habebit: faciet bonũ societati fugibit iti

nera vota persoluēdi grã. ℭ Qñ luna applicuerit ad locū in quo fuit mercurius in radi
ce: ⁊ ipsa habuerit testimoniū in anno: signat ꝙ faciet itinera ad loca in qbus nō spabat
hře bonū ⁊ grauabit ab inimicis vel ꝓ inimicis. Et si mercuri⁹ testimoniū habuerit il-
lo anno: meliorabit status ⁊ negociū eius ⁊ lucrabit sbam ⁊ amicos: dicet bonū d eor
⁊ habebit bonā famā. ℭ Et qñ luna in reuolutiōe ad locū suū: in quo fuit in radice pue
nerit ⁊ reuolutio fuerit nocturna: ⁊ ipsa fuerit in aliq̄ angulorꝫ in bono statu: ⁊ salua ab
infortunis: sigt corpis sanitatē: ⁊ ꝙ habebit honorē bonū nomē ⁊ dignitatē regis. Post
modū aspice cuiusmodi signationē hēat in radice: ⁊ in q̄ domo habebat virtutē: si in do
mo sbe aut fratrū vel in q̄cūqꝫ altera: q² tūc signat meliorationē ⁊ bonū in illa re. ℭ Qñ
luna vel quis alter planeta locū suū in quo fuit in radice aspexerit de q̄cūqꝫ pte: vel aspe
ctu demōstrat ⁊ renouat signationē illā quā signauit in radice nisi fuerit hic pl'a aspiciēs
locū suū de 4° vel oppōne: ⁊ oppō peior est. Et qñ aliqs pl'a fuerit infortunatus: in quo-
uis loco: ⁊ cū ipso infortunio puenerit ad 4m vel oppōne sui loci radicis: signat dānū ⁊
grauitatē in ipsa eadē die. Et qñ aliqs pl'a infortunatus in reuolutiōe anni puenerit ad
locū lunę est dānū ꝓ luna: ⁊ signat grauitates ⁊ infirmitates fortes: max' si dñs anni fue
rit infortuna: ⁊ in reuolutiōe fuerit in malo loco. Et qñ luna in reuolutiōe puenerit ad lo
cū in quo fuit infortuna in radice: silr est mala signatio: ⁊ sigt sic qñ ann⁹ applicat ad in-
fortunā. Et qñ luna in reuolutiōe fuerit fortunata: vel infortunata ab aliquo pl'a: cū pue-
nerit ad corpus ipsius pl'e q fortunauit vel infortunauit eā vel ad eius radios p athaçir
dādo ꝓ quolibet mēse vnū gradū aut cuilibet diei vnū gradū signat bonū vel malū ꝫm
nām illius planetę. ℭ Et qñ per motū suū luna puenerit ad locū radicis aut ad locū re-
uolutionis adducit bonū illud qd significauerat illa die. Et silr faciūt alij planete qñ ap
plicuerint ad loca radicis vel reuolutiōis: qm̄ adducūt signatiōes boni vel mali.

ℭ De significationibus domini circuli.

Dixit hermes ꝙ dñs circuli est de occultis secretis hui⁹ sciē: ⁊ ꝙ gens
babylonię occultabat ⁊ nō ostēdebat nisi sapiētibus h scire merē
tibus: ⁊ hꝫ magnā signationē ⁊ fortē in natiuitate ⁊ reuolutiōe annorū: ⁊
cognsces eū h mō. ℭ Aspice ad dñm horę natiuitatis: et da eū ascēdēti: et h°
anno illi⁹ natiuitatꝭ: ⁊ a statu eius iudicabis salutē corpis ⁊ infirmitatē ei⁹
sic facis a dño ascēdētꝭ radicis. ℭ Et dabis horā 2am natiuitatꝭ domui 2e radicis ⁊ anno
2°: ⁊ accipies sigtiōes a statu ei⁹ in radice ⁊ in eodē anno: ⁊ iudicabis ab eo statū sbę: ⁊
qd ei assimilat: sic facis a dño 2e dom⁹. ℭ Et dabis dñz 3e hore natiuitatꝭ 3e domui radi
cis ⁊ anno 3°: ⁊ accipies sigtiōes ei⁹ a statu eius in radice ⁊ reuolutiōe: et iudicabis ab
eo statū frꝫ ⁊ sororꝫ: et qd huic assimilat sicut facis a dño 3e dom⁹. ℭ Dabis dñz hore 4e
domui 4e radicis ⁊ anno 4°: ⁊ accipies signationes a statu eius in radice: ⁊ in eodē an-
no: ⁊ indicabis ab eo statū parentū ⁊ res alias sicut facis a dño 4e domus: ⁊ sic facies
p ordinē horaꝫ dando dñm hore cuilibet domui ex domibus radicis: ⁊ vni anno: dōec
tibi cadet dñs 12e hore natiuitatis ad 12am domū radicis: ⁊ ad 12m annū natiuitatis. ℭ Et
huic dño hore dant duo noīa vnū spāle ⁊ alterꝫ gñale. Spāle est qd noiat ꝫm nomē do
mū sibi conuenientis in significatione: ita ꝙ dñs prime hore noiat dñs hore ascēdētis:
⁊ dñs 2e noiat dñs hore domus sbe: ⁊ ille 3e noiat dñs hore domus fratrū: ⁊ ille 4e noia
tur dñs hore domus patrū: ⁊ ita noiant oēs ꝫm significationes domorꝫ. ℭ Nomē vero
gñale est dñs orbis. i. dñs circuli: ⁊ accipit significatio a dño cuiuslibet hore in radice ⁊
reuolutione boni vel mali: sicut facis a dño anni. ℭ Postmodū si dñs hore prime ⁊ dñs

ascendentis fuerit in radice in bono statu:significat salutem ꝛ saluationem corporis in pri mo anno natiuitatis. Et si fuerit in malo statu:dolores ꝛ infirmitates signãt illo anno. ¶ Et si dñs hore 2ᵉ ꝛ dñs hore domus sbe fuerint in bono statu in radice ꝛ reuolutione anni scdi:signãt meliorationẽ ꝛ bonũ statum in sba:ꝛ si in malo statu dãnũ in ea. ¶ Et si dñs 3ᵉ hore et dñs hore domus fratrũ fuerit in ambobꝰ tpibus in bono statu:signãt me liorationẽ ꝛ bonũ esse fratrũ ꝛ augmentũ eoꝝ si signũ fuerit masculinũ erit in masculis si femininũ in feminabus. Et si fuerint infortunati:signãt destructionẽ in eis. ¶ Et si dñs hore domus patrũ infortunatus fuerit in signo masculino:pri signat malũ statũ:ꝛ si in fe minino mri. Et hoc mõ aspicias in dñis horaꝝ aliaꝝ domoꝝ: ꝛ fm hanc regulã iudica bis. ¶ Qñ ieneris in aliq̃ reuolutiõe annoꝝ dñz hore ascen. radicis ꝛ dñz hore medij celi radicis in bono statu et fortunato:significat bonũ statũ illo anno:ꝛ ꝙ hẽbit bona fa cta ꝛ pfectuosa ꝛ dñiũ ac lucrũ. Silr qñ inueneris signũ applicatiõis ꝛ dños horaꝝ ista rum in bono statu bonũ et meliorationẽ iudica illo anno. Et qñ eos inueneris in malo statu contrarium iudica.

¶ De duodenarijs domorum.

Quãdo duodenaria 4ᵉ domus ceciderit in 1ᵉ domo:signãt ꝙ itromit tet se de hereditatibꝰ:de sba vel expẽsis aut redditibꝰ. ¶ Dic res quam de bono vel malo signãt planete in radicibus et naturis suis apparet:quando idem planeta in reuolutiõe peruenerit ad locum alteriꝰ. Et si planete ipse aspexerit alterum in radice:res illa erit per rem antiquã. Et si nõ aspexerit in radice ꝛ aspexerit in reuolutiõe tantũ:erit illud res noua. Et si eum aspexerit in ambobus in radice et reuolutione: erit illud de re antiqua et noua. ¶ Et si non aspexerit eum in aliquo tempoꝝ: erit illud a parte non cognita necspãta. ¶ Et si fuerit inter eos conueniẽtia in radice ex parte signoꝝ: erit significatio sua debilis. ¶ Qñ planeta applicuerit in reuolutione ad gradũ met in quo fuit in radice:tũc erit si gñatio eiꝰ cõpleta. ¶ Et qñ applicuerit ad terminũ in quo fuerit in radice: aut gradum eũdẽ ad gradũ fm medietatẽ diametri corporis eius:vel fuerit sepatus a gradu fz medie tatem diametri corporis eiũs:vel fuerit sepatus a gradu fz q̃titatẽ ipsam minuit de signi gnificatione eius bona vel mala. ¶ Et si fuerit inter eũ ꝛ gradũ plus medietate diame tri ꝛ ipse iens ad gradũ:minus hec significatio eius erit. Et si trãsierit gradũ in ea q̃tita te tũc erit significatio eius debilis multũ ꝛ parua:q: tũc signãt res pteritas et cogitatiões et existimatiões ac ea quoꝝ penitet eũ. ¶ Si acciderit in aliq̃ reuolutiõe mẽsiũ ꝙ plane ta aliqs applicet in reuolutiõe mẽsis ad locũ in radice natiuitatis: vel ad locum in quo fuit in reuolutiõe illius anni:vel puenerit ad locũ alteriꝰ planete iudicabis in eodẽ mẽse a signationibus suis sicut in anno iudicasti. ¶ Signatiões tñ reuolutiõis annoꝝ sunt fir miores ꝛ fortiores reuolutiõibus mẽsiũ. ¶ Qñ aliqs planeta in reuolutiõe puenerit ad locũ suũ radicis:accipies signationes a tribus ptibus. ¶ Una est a naturis ipsoꝝ plarũ. ¶ Alia est a signatiõibꝰ aspectuũ plaꝝ:ꝛ ꝯmixtionũ suaꝝ. Et qñ applicat fortuna in reuo lutiõe ad locũ in q̃ fuit fortuna i radice tũc adiuuat fortunã. Et qñ ifortuna applicat ad locũ fortune dãnat signtionẽ eiꝰ. ¶ Et qñ fortuna applicuerit ad locũ ifortune: meliorat signtionẽ eiꝰ. Et qñ ifortuna applicuerit ad locũ ifortune sigt dãnũ:ꝛ h totũ fz nãs ꝛ ꝓpe tates eoꝝ ꝓpas q̃s signuerint i radice et reuolutiõe. ¶ 3ᵉ ẽ vt aspicias locũ i q̃ fuit pla i ra dice:ꝛ si i reuolutiõe applicuit ad aliũ plaz in eodẽ loco: pone domũ pmi ple tãq̃ ascẽ

dens ⁊ aspice vbi cadūt dom⁹ alteri⁹ planete qui applicu̇t ad locū ei⁹:⁊ iudica ſm na turas domoꝝ ⁊ figtiões ipſarū.¶Uerbi gratia:iuppiter erat in radice natiuitatis i ali quo ſigno ſiue domo ſua ſiue in domo alterius:⁊ in reuolutione alicuius anni applicuit venus ad eundémet locum in quo fuit Jup.in radice:vnde ponemus quamlibet duarū domorum iouis ſicut aſcendens:⁊ aſpiciemus poſtea vbi cadent ambe domus veneris á duabus domibus iouis vnaquaq; ſcilicet ab altera:igitur poſui taurum ſextum a ſa gittario ex quo iudicaui in infirmitatibus:⁊ quia libra eſt eius 11ª iudicaui ſimiliter in amicis ⁊ ſocijs:⁊ quia ambo ſunt fortune iudicaui ꝙ euadet ab infirmitatibus:⁊ habe bit fortunaȝ in ſeruis amicis ⁊ ſocijs.¶Poſtmodū poſui piſces ſicut aſcendens ⁊ quia taur⁹ eſt ei⁹ tertiū iudicaui in itinerib⁹.Et q: libra eſt 8ª ei⁹ iudicaui i exequijs mortuo rū ⁊ morte:vn̄ iudicaui ꝙ faciet itinera ⁊ erit fortunat⁹ in eis:⁊ hēbit lucra ⁊ qð eis aſſi milat:⁊ morieť aliqs ex adherētib⁹ ei.¶Et h̄ mó aſpicies in oibus planetis:⁊ iudica bis ſm hanc viam.¶Et ſi Juppiter fuiſſet ille qui applicuiſſet ad locū veneris poſuiſſe mus domos veneris loco aſcendētis:ſicut fecimus de domibus iouis:⁊ vidiſſem⁹ vbi cecidiſſent domus iouis ab vnaquaq; domorum veneris:⁊ iudicaſſemus ſm hunc mo dum: vnde propter applicationem veneris ad locum iouis habuimus ſignificationes infirmitatis ⁊ mortis:⁊ a naturis amborum quia fortune ſunt:habuimus ſignificatio nes ſanandi ab infirmitate:⁊ habendi fortunam ⁊ lucrum in bonis mortuorū.¶Aſpi ce ſimiliter in hoc quando venus fuerit fortior ⁊ dominabilior in anno: quia iuppiter debet ponere domos ſuas ſicut aſcendens ⁊ aſpice tunc vbi cadit in eis domus iouis:⁊ iudica ſecundum illud.¶Et quando ſol quolibet anno reuertitur ad ſuummet locum: ponemus domum ſuam ſicut aſcendens:⁊ aſpiciemus quomodo ſignuȝ eius veniet ad illam ſuam domum ⁊ iudicabimus ſecundum hoc in reuolutione bonum ſi fuerit be ne affectus.

Tempus effectuum quando ſcire volueris tempus anni in quo apparebit ſi gnificatio eius:ſi ſignificatio fuerit per applicationem planete ad ſu ummet locum:apparebit in menſe vel diebus in quibus idem planeta potentior fuerit dominus anni.¶Et ſi ſignificatio fuerit per applicationem alicuius planete ad locum alterius:apparebit illa ſignificatio eius in temporibus illius anni quibus planete cō mixtionem habuerint vnus cum altero.

Si volueris ſcire q̄tum durabit illa ſignificatio ſcies hoc duobus modis Unus eſt ꝙ aſpicias quando planeta fuerit in radice in aliquo ſigno ⁊ poſtea peruenerit in reuolutione in ipſum idemq; ſignum ⁊ in eodem ipſo loco figure in quo fuit in radice ſi ſignificauit per applicationē eius aliquod damnum:iudi ca ꝙ damnum illud durabit q̄tum reuolutio illius planete duobus vicibus:quoniam duplicatur tempus pro eo ꝙ applicuit ad ipſummet locum in figura in quo fuit in radi ce.Tamen ſi applicuerit in reuolutione ad locum ſuum in quo fuit in radice : ⁊ non ad locum in quo fuit in figura radicis ⁊ ſignificauit dānū:minuiť illud dānū ⁊ durat q̄tū reuolutio illi⁹ planete vna vice ⁊ nō plus.¶Uerbi gratia:ſaturn⁹ fuit in radice natiui tatis in aliq̄ ſigno ꝑ in 7ª domo ⁊ ꝑuenit in aliq̄ reuolutiōe ānoꝝ ad ſuūmet locū in quo fuit in radice:⁊ fuit ſit̄ illud ſignū ſeptimū ab aſcēdente reuolutiōis aut 7m a ſigno ap plicatiōis ⁊ ſignūt per hāc applicationē grauamina ex parte mulierū ⁊ aduerſariorum.

Postmodū dixi q̄ h̄ res durabit quantū reuolutio saturni duplicata. ¶ Et si locus ille esset 10ᵐ ab ascendēte reuolutiōis vel a x° signo applicatiōis vel in alio bono loco, p̄ saturno eo nō applicāte ad illū eūdē locū in q̄ fuit in figura radicis dicemus q̄ illa sig̃tio ei⁹ duraret q̄ztū est saturni vna reuolutio ⁊ nō plus, vna vice. ¶ Et h̄ mō q̄n aliq̄s p̄la in aliq̄ reuolutiōe annoꝝ p̄uenerit ad locū suū in q̄ fuit in radice: ⁊ ad illū eūdē locū figure: ⁊ sig̃auit p̄ hāc applicationē ei⁹ ad signū ⁊ ad domū figure aliq̄d bonū: dicem⁹ q̄ illud bonū durabit q̄ztū est reuolutio illi⁹ p̄l'e duplicata: tñ q̄n p̄l'a p̄uenerit ad signū in q̄ fuit in radice: ⁊ sig̃auit p̄ illā applicationē bonū ⁊ applicuerit in figura ad aliā domū in q̄ nō fuit in radice: q̄ demōstrauerat bonū in illa sig̃atione: dicemus q̄ illud bonū durabit q̄ztū est reuolutio illius planete vna vice ⁊ nō plus. ¶ Q̄n scire volueris q̄uo accipiuntur hȩ reuolutiōes in hoc ope. ¶ Aspice ad planetā a quo accipit hȩc significatio: ⁊ si fuerit in signo mobili accipias s̄m numeꝝ annoꝝ suoꝝ minoꝝ horas. ¶ Et si fuerit in signo bicorpore: accipies s̄m numeꝝ annoꝝ suoꝝ medioc̄rium dies: ⁊ in fixo accipies s̄m numeꝝ annoꝝ suoꝝ maioꝝ dies. Et in quocunq̄ istoꝝ necesse fuerit duplicare illū eūdē numeꝝ quē habueris duplicabis: ⁊ iudicabis q̄ ille euētus reꝝ durabit in bono vel malo q̄ztum numerus ille. Et iuua te in hac sig̃atione ab angulis succedētibus ⁊ cadētibus: ⁊ sil'r ab ascēsionibus signoꝝ illius terre. ¶ Sc̄d's tñ modus est: vt sit planeta in radice natiuitatis in aliquo signo: ⁊ postmodū applicet in aliqua reuolutiōe aliq̄s planeta. Ad illud signum significat idem planeta q̄n applicuit ad locū alterius aliquā [illegible]: ⁊ sig̃atio quā significauit hic planeta s̄m domos reuolutiōis erit sil'r p̄ueniēs illi quā sig̃auit s̄m domos radicis sicut p̄ediximus: ⁊ durabit quantum reuolutio planete vna vice: ⁊ adiunges ei reuolutionē planete radicis sil'r vna vice: ⁊ hoc donec fuerit in illo termino vel nō sit remotus a gradu plus medietate diametri sui. ¶ Et si planeta radicis aspexerit planetā reuolutiōis in reuolutiōe: dicemus sil'r q̄ sig̃atio eius durabit s̄m q̄ztitatē annoꝝ amboꝝ simul iunctoꝝ. Et si hoc diuersificat̄ vt sit applicatio ad signū ⁊ nō ad locū figure: significabit q̄ durabit q̄ztū planete circulus reuolutiōis vna vice: dūmodo non sit remotus ab eo plus medietate sui diametri: nihilominus de illa significatione reliquie remanebūt durature q̄ztū est circulus planete radicis. Uerbi gr̃a: Juppiter est in radice natiuitatis in aliquo signo mobili: ⁊ fuit signum illud 6ᵃ domus radicis. Et postea in aliq̄ reuolutiōe annoꝝ applicuit venus ad illud idē signū in quo fuit Jup. in radice: ⁊ fuit illud signū in reuolutiōe sextū ab ascēdente vel sextū a signo applicationis sig̃auit igit̄ venus p̄ eius applicationē ad locū iouis in hac domo infirmitatē ⁊ dolorem in gutture. Dicemus nāq̄ q̄ hoc durabit q̄ztū anni veneris vna vice. Et si iuppiter aspexerit venerē in reuolutiōe: dicem⁹ q̄ illa sig̃atio durabit q̄ztū anni amboꝝ planetarum simul iunctoꝝ q̄ erūt. 8. veneris ⁊. 12. iouis: ⁊ isti erūt dies vel horȩ. Et si hoc signū caderet in figura reuolutiōis in aliquo locoꝝ q̄ sunt boni p̄ Joue ⁊ venere: sicut 5ᵘˢ vel 11ᵘˢ dicemus q̄ sig̃tio durabit. 8. horis vel. 8. diebus: ⁊ postea minueret̄ illud: remanerēt tñ aliq̄ reliq̄ȩ vsq̄ ad. 12. dies. Post h̄ si ven⁹ nō aspexerit iouē: dicerem⁹ q̄ duraret q̄ztū vnus circulus veneris ⁊ nō plus. ¶ Et scias q̄ posuim⁹ circulos veneris ⁊ iouis in horis ⁊ dieb⁹ q̄n ambo fuerint in signis mobilibus: ⁊ q̄r fortune sunt ambo: sig̃t q̄ cito sanabit̄: ⁊ s̄m hūc modū faceres in quolꝫ planetaꝝ q̄n p̄uenerit ad suūmet locū in q̄ fuit in radice: vel q̄n applicuerit ad locū alterius: ⁊ accipies hoc mō iudiciū q̄n sig̃atiōes habueris ab hac p̄te ⁊ nō plus: tñ q̄n sig̃atiōes habueris ab hac p̄te: ⁊ ab aliis p̄tibus alio mō iudicabis. ¶ Q̄n duo planete vel plures i aliqua reuolutiōe anni applicuerint

ad locũ in quo fuit vnus planeta in radice: vel qñ aliqs planeta in reuolutiõe applicue/rit ad locũ in quo fuerũt duo planete vel plures in radice: iudiciũ ⁊ significationez acci/pies in hoc sicut accepisti per applicationẽ planetarum sepatim vnius in loco alterius. ¶Uerbi gratia: Luna fuit in radice natiuitatis in cãcro: ⁊ postmodũ in reuolutionẽ ali qua alicuius anni applicuerit saturn⁹ ⁊ iuppiter ad illũ locũ in quo fuit luna in radice: ⁊ vñ iudicare debemus: qꝛ saturnus applicuit ad locum lunę ꝙ hĩe dꝫ tristitias ⁊ grauitates rõne mulieꝝ. Et qꝛ iuppiter applicuit ad locũ lune iudicabim⁹ ꝙ meliorationẽm ha bebit in statu ⁊ salute sua: ⁊ ꝓsperitatẽ in corpe suo ac sba: ⁊ venient ei noua a lõge de q̄bus letificabit: ⁊ habebit filiũ vel filiã si fuerit aptus. Appebit igit̃ signatio cuiuslibet hoꝝ planetaꝝ in anno illo in mẽse quo ille planeta dñiũ habuerit: aut in illis in qb⁹ do minium habuit: ⁊ tristitia siue grauitas illa quã signauit saturn⁹ durabit q̃tũ circulus vnius saturni vel q̃tũ saturnus durabit in illo termino: vel donec saturn⁹ remoueat̃ ab illo gradu p medietatẽ diametri sui. ¶Et si saturnus ⁊ iuppiter ambo fuissent in radice natiuitatis in cancro: ⁊ postea in reuolutiõe ipsius anni applicaret luna ad illũ locuꝫ in q̃ ambo fuerint in radice: dicem⁹ qꝛ luna applicuit ad locuꝫ saturni ⁊ vxorabit̃ vel aget cũ vetulis ⁊ q̃d huic assimilat̃. Et qꝛ luna applicuit ad locũ iouis: signũt ꝙ faciet itinera i locꝭ aq̃ticꝭ: ⁊ ꝙ ibit de vno loco ad aliũ. Et fꝫ hãc viã ⁊ mõꝫ iudicabis i oĩb⁹ alijs pl̃is.

¶De significationibus ascendentis reuolutionis anni.

Aspice qñ sol puenerit ad gradũ ⁊ minutũ in quo fuit hora natiuita/tis: ⁊ apta ascẽdẽs illa hora ⁊ loca planetaꝝ. ¶Et si qñ an/nus puenerit ad signũ q̃d est ascẽdẽs radicis: vel ad signũ aspiciẽs ipsum maxie 10ᵐ: vel 11ᵐ: ⁊ ꝙ sint fortune in signo applicatiõis anni vel aspiciãt ipsum aliquo aspectu: ⁊ sit limpidũ ab aspectibus infortunaꝝ: ⁊ dñs illius signi fortunat: ⁊ sit in radice iũctus cũ fortuna vel in aspectu eius: ⁊ sit oriẽtalis ⁊ direct⁹: ⁊ in aliq̃ dignitatũ suaꝝ: ⁊ sit in reuolutiõe in aliquo anguloꝝ vel succedẽti ⁊ orientalis extra radios fortunis ꝯiũctus ⁊ in eaꝝ aliquo aspectu: qꝛ tũc saluationeꝫ signat illo an/no: corpis sanitatẽ, letitias ⁊ gaudia: ⁊ in rebus oĩb⁹ bonũ statũ: ⁊ hoc erit fm locũ pla nete ⁊ dñiũ q̃d habuerit. ¶Cõsidera postmodũ planetã ad queꝫ puenit diuisio: ⁊ qm̃ me/lius est qñ diuisio puenit ad terminos fortunaꝝ: ⁊ dñs diuisiõis in radice natiuitatis fit in bono loco figure ⁊ orientalis. ¶Qꝛ p piectionẽ radioꝝ habebit meliorationẽ ma/gnam ⁊ augmẽtũ in bono: peius aũt q̃d esse possit in hoc est vt sint infortune dñatrices in p̃dictis locis aut ꝓijciẽtes radios eaꝝ in eis in radice in athacir annoꝝ: qꝛ cũ eo ꝙ si gnificat de malo statu: signat infirmitatẽ in corpe illo anno: ⁊ erit infirmitas de nã illius infortune. Et q̃titas infirmitatis erit fm locũ eius in radice: ⁊ erit mortis periculũ nisi fuerit cũ ea fortuna: vel proiecerit radios suos ad illum terminum.

Aspice in reuolutiõe anni ad statũ lune: qm̃ ipsa magnã ⁊ fortem significationem hꝫ maxime in esse corpis: ⁊ eo fortius in reuolutiõib⁹ nocturnis: qꝛ qñ fue rit in bono statu: signat bonũ ⁊ in malo malũ. ¶Aspice filr̃ ad statũ solis in reuolutiõi/bus diurnis: qꝛ nullus bonũ aliq̃d hĩe poterit pp honorẽ neqꝫ laudẽ si sol fuerit infortu natus. ¶Aspice ad signuꝫ in quo fuerit pars fortune: cuiusmodi status est illo anno: qꝛ magnũ posse hꝫ infortuna si fuerit fortunatũ ⁊ dñs oriẽtalis ab illo signo eius ⁊ a signo applicatiõis ⁊ a dño eius filr̃. ¶Aspice filr̃ ad alias ptes qñ applicatio ibi venerit ⁊ ad infortunas: ⁊ qñ anni applicãt ad sua loca ⁊ ad radios suos: qꝛ tũc signant bonũ de nã illius ptis ⁊ de nã planete q̃ habuerit dñiũ in ea ⁊ a loco vbi fuerit applicatio illi⁹ anni.

Et ſi applicatio fuerit ad angulos eſt bonū in po° ⁊ laude: ⁊ in eūdo ad regē ⁊ canſis ſuis: excepto ꝙ angulus terre qñ ei⁹ dñs infortunat⁹ fuerit: īpedimēta ſigt. Silr dñs 7ᵉ qm̄ eſt minoris dāni. ℭ Qñ annus puenerit ad ſignū 2ᵉ dom⁹ fortificant ſigtiōes q̄s hēbat in ſba: ⁊ h̄ mō iudicabis applicatiōes ad oēs. 12. domos: q̄z qđ ſiguerat in radice illo anno erit forti⁹ ⁊ potētius. ℭ Qñ applicatio fuerit in 6ᵃ: radicis vel 12°: ⁊ ipm̄ aſpexerit infortuna ſine aſpectu fortune: infirmitatē ſigt. Et qñ applicatio anni fuerit in domo itineris aut in oppoſitiōe vel 4° eius: ⁊ fuerit ps itineris in illo loco: iter ſignificat illo anno. ℭ Gubernator anni ſi fuerit in angulo occidentis cū luna ⁊ dñs ſigni ſit in ſuo caſu vel in oppoſito domus ſue: infirmitatem minantur.

ℭ In applicationibus anni ad loca planetarum.

Quādo ann⁹ puenerit ad ſignū in q̄ fuit ſaturn⁹ in radice ⁊ ſaturn⁹ in ipſo eodē ſigno vel in □ vel ☍ ei⁹: ſigt infirmitates malas febres cū tremore ac plāctu ⁊ ſincopi: max° ſi fuerit ſaturn⁹ in angulo vl̄ ſuccedēti. Et ſi aſpect⁹ fuerit de 3° vel ſextili erit meli⁹. Et ſi mars aſpexerit eū: addit i malo ei⁹ ⁊ mutat eū de vna firmitate in aliā. Et ſi aliq̄ fortuna aſpexerit ſaturnū ei pficiēt medicine in illa īfirmitate. ℭ Qñ ann⁹ puenerit ad locū in q̄ fuit Jup. in radice ⁊ ipſe in reuolutiōe aſpexerit locū ipm̄ de 3°: vel ſextili pueniet ad gradū: honorē ⁊ laudē ac letitias p ſba filijs ⁊ amicis: ⁊ h̄ totū leuiter ⁊ ſine labore. Et ſi aſpect⁹ fuerit de 4ᵃ vel oppōne erūt hec plus cū duricia ⁊ labore. Et ſi cū eo fuerit infortuna in ipſo eodē ſig: dānat qđ ſigt Jup. ⁊ adducit triſtitias ⁊ amiſſionē in ſba ⁊ filijs. ℭ Qñ puenerit ann⁹ ad locū in q̄ fuit mars in radice ⁊ mars in reuolutiōe aſpexerit locū illuz de 4ᵃ vel oppōne: vel fuerit in eodē ſigno: ſigñat metū ⁊ laborē magnū: pcuſſiōes vulnera vel inciſiōes ferri aut febres ⁊ cōbuſtiōes: maxime ſi mars in hoc fuerit in angulo vl̄ ſuccedēti: ⁊ forte ſigñat itinera p loca timēda ⁊ laborioſa. ℭ Qñ annus puenerit ad locū in quo fuit ſol in radice ⁊ illud ſignū fuerit vn⁹ ex angulis radicis: habebit bonū ex pte regis aut parētū ſuoꝝ. Et ſi ſol infortunatus fuerit in reuolutiōe: accidēt ei labores ⁊ pene ac triſtitie ex pte regis vel ſuoꝝ parētū: aut accidēt ei infirmitates calide et ſicce. ℭ Qñ annus puenerit ad locū in quo fuit venus in radice: aut ad ſignū ſeptimū radicis: vel ad locū in q̄ fuit ps ꝯiugij: vel in q̄ fuit aliqs ſigtor ꝯiugij: ⁊ Jup. vel ven⁹ aſpexerit in reuolutiōe locū ipm̄: ꝯiugiū ſigt. Silr qñ in reuolutiōe anni puenerit Jup. ad locū in quo fuit venus in radice vel aſpexerit eā de domo ſua vel domo veneris de 3°: vel ſextili: ſigt ꝯiugiū ⁊ gaudia p mulierib⁹ ⁊ filijs. ℭ Qñ annus puenerit ad locū in quo fuit mercurius in radice: ⁊ hūerit ipſe mercuri⁹ in radice aliquā cōmixtionē cū ioue vel venere: ⁊ aſpexerit aliquē eoꝝ in reuolutiōe: ſigt ſenſuū acuitates: ſubtilitates ⁊ pfect⁹ ex pte ſenſus ⁊ ſpeculatiōis. Et ſi mercurius fuerit in eodēmet ſigno aut illud aſpexerit de 3° vel ſextili: ⁊ fuerit recept⁹ ſalu⁹ ab infortunis: hēbit lucra p mercimōijs et bonā famā. Et ſi fuerit apt⁹ ad hñdū filiū: hēbit eū illo anno. ℭ Qñ ann⁹ puenerit ad locū in q̄ fuit caput in radice: ⁊ in reuolutiōe fuerit in eodēmet loco: ⁊ iuppiter cū eo vel aſpexerit iuppiter illud vel ſol: ſigt gaudia dñiū: laudē: bonā famaz et nomē. ℭ Et qñ ann⁹ puenerit ad locū in quo fuit cauda in radice ⁊ in reuolutione fuerit ibi aut eā aſpexerit aliq̄ infortuna de 4ᵃ vel oppōne: ſignificat damnū euenturū ei p vilibus hoibus, ac triſtitias ⁊ diminutiones in ſuis rebus. ℭ Et qñ annus puenerit ad locū quo fuit luna in radice ⁊ in reuolutione fuerit in eodē loco vel aſpexerit illū ſalua ab infortunis: ſigt corpis ſanitatem ſaluationē et meliorationē in ſuis rebus ac hylaritates et gaudia p mulieribus.

ℭ De am foꝛismis multũ necessarijs.

Qualiscũq; 12. domoꝛũ fuerit infoꝛtunata ⁊ eius dñs simil'r: signifi cat damnũ in sigtionib⁹ suis. ℭ Et si domus ⁊ ei⁹ dñs fuerint foꝛtunati sigñt melioꝛatione foꝛtunã ⁊ bonum in sigtionibus suis. ℭ Et qualiscũq3. 12. domoꝝ aspexerit dñm ascendentis: vel dñs ascenden/tis eam amico aspectu: adducit sigtiones de nã illius domus. Simil'r qñ dñs ascẽdẽtis applicuerit alicui planete existenti in aliqua domoꝛũ aut ille planeta ap/plicuerit de domo illa dño ascẽdentis adducit sigtiones ꝯueniẽtes sibi de nã illi⁹ dom⁹. ℭ Qñ saturn⁹ in reuolutione alicuius anni fuerit infoꝛtunat⁹: sigt malũ statũ ⁊ dãnum in senib⁹ illi⁹ ꝓgeniei: ⁊ in reb⁹ que sunt de ꝓpꝛietate saturni: ⁊ in eo qð sigt per signuʒ in quo est: ⁊ in reb⁹ que fuerint de nã domus in qua fuerit. ℭ Et qñ iuppiter in reuolu/tione fuerit infoꝛtunatus: sigt malũ statũ in victu ⁊ reb⁹ que sunt de ꝓpꝛietate iouis ⁊ de nã signi ac domus in quib⁹ fuerit. ℭ Qñ mars in reuolutiõe infoꝛtunat⁹ fuerit: sigt ma lum statũ in fratrib⁹ ⁊ dãnũ in itinerib⁹. ℭ Quãdo sol in reuolutione fuerit infoꝛtuna/tus in parentib⁹ damnũ sigt ⁊ in maioꝛib⁹ illi⁹ ꝓgeniei. ℭ Qñ venus in reuolutiõe in/foꝛtunata fuerit: damnũ significat in mulierib⁹ ⁊ cõcubinis ac cũ amicis ⁊ socijs: filijs ⁊ disturbationẽ in vitijs ⁊ appetitu. ℭ Qñ mercuri⁹ fuerit infoꝛtunat⁹ in reuolutione: sigt impedimẽtũ de quo nescit sibi cõsulere nesciẽtatẽ ac damnũ intellect⁹ ⁊ in filijs atq; seruis. Et qñ luna fuerit infoꝛtunata in reuolutiõe: sigt malũ statũ ⁊ damnũ in suo coꝛpo re: diminutionẽ salutis ⁊ damnũ in matre ac soꝛoꝛib⁹ suis. ℭ Qñ dñs ascẽdentis fuerit in 4ª domo sine vllo aspectu: sigt ꝙ ille natus itinera nõ faciet illo anno ⁊ minuet mot⁹ ipsius. Et si fuerit in 7ª: cõiugiũ sigt. ℭ In 10ª sigt ꝙ ibit ad regem. ℭ In 3ª vel in 9ª sigt iter: in 12ª 6ª ⁊ 8ª: sigt infirmitatẽ ⁊ malũ statũ tristitias ⁊ carceres ⁊ occupationẽ ab ini micis In 11ª sigt bonũ statũ: ⁊ ꝙ ꝑueniet ad res quas cõcupiscit ⁊ diligit. In 5ª foꝛte filiũ hẽbit ⁊ ad eũ veniẽt nuncij ⁊ exennia. ℭ Qñ in radice natiuitatis fuerit aliqs planeta in ascẽdẽte ⁊ postea in reuolutiõe alicui⁹ anni ꝑuenerit in 2ª domo sigt ꝙ intromittet se ad perquirẽdũ sbam ⁊ sollicitabit in hoc. ℭ Qñ in ascẽdente radicis fuerit aliqs pla/neta peregrinus ⁊ in reuolutiõe anni ꝑuenerit in 9ª vel 3ª ab ascẽdẽte illi⁹ anni: faciet iti/nera. Et si ꝑuenerit in 4ª stabit quiet⁹ ⁊ de hereditatib⁹ ⁊ possessionib⁹ se intromittet. ℭ Qñ in radice natiuitatis fuerit in 2ª domo planeta ꝑegrin⁹ ⁊ postea ꝑuenerit in reuo lutiõe in ascẽdente: sigt ꝙ ad eũ ꝑueniet lucrũ ⁊ sba a locis in qbus fiduciã nõ habebit. Et si fuerit in 9ª vel 3ª: lucrabit sbam extra locũ suũ vel per aliquẽ ꝯsanguineoꝝ aut fra trũ suoꝝ. Et si fuerit in 4ª habebit pꝛo parẽtib⁹ vel hereditatib⁹. Et si in 5ª ꝑ mercimo nijs: aut ꝑ seminãdo: aut ꝑ exẽnijs: aut ex ꝑte filioꝝ. Et si i 6ª ꝑ seruis aut bestijs. Et si in 7ª ex ꝑte mulierũ. Et si hũerit seruos: vxoꝛabit maioꝛ pars eoꝝ. Et ꝟm hunc modũ iudi ca per oẽs domos. ℭ Qñ in 3ª domo radicis fuerit aliqs planeta ⁊ postmodũ fuerit in ascẽdente alicuius reuolutiõis: sigt ꝙ de foꝛis veniet ad eũ frater vel similis fratri. Et si fuerit in 2ª: accidẽt ei rixe cũ fratrib⁹ suis ⁊ cause. Et si in 4ª fratres habebũt bonũ a pa tre. ℭ Et si in 3ª nascet ei frater si aptus ad hoc fuerit: vel amicũ lucrabit similẽ fratri. Et si in 5ª nascet fili⁹ fratri. Et si in 6ª: fratres infirmabunt. Et si in 7ª vxoꝛabunt: ⁊ iudi ca ꝟm hanc viã per alias domos. ℭ Et ego dico ꝙ qñ in reuolutiõe anni cõiungent si/gnificatiões ei qui hũerit maius posse in ascẽdẽte radicis ⁊ in figura reuolutiõis in ascẽ dente: ⁊ ꝙ iũcte sint sigtiões vni planete in radice ⁊ reuolutiõe: aptius ⁊ cõueniẽtius est

indicare

iudicare per illum q̃ȝ per dñm anni: q2 figura natiuitatis est radix: ⁊ figura reuolutiōis est ramus: vnde qñ radix fortificat' ⁊ affirmat': fortificat' ⁊ affirmatur ramus. Et qñ radix debilitat' ⁊ dānatur: nō proficit posse: nec fortitudo rami postq̃ȝ radix damnata est. Et est dñs radicis in similitudine regis cuius mandatis obediunt populares: ⁊ dñs rami est sicut senescallus cui populus obediet: tamen precepto alterius: vnde que fiunt mandato regis firmiora sunt q̃ȝ ea que fiunt senescalli mandato.

¶ Claues significationum reuolutionis anni.

Aspice ad significatorē anni cui cōiungunt' significatiōes testimonia ⁊ v̄tutes āni: ⁊ cuiusmodi stat⁹ est in figura illi⁹ āni: ⁊ cui⁹ stat⁹ fuit in figura natiuitatis: ⁊ si anni significatorē inueneris in ambob⁹ locis in bono statu: ⁊ receptū: iudica illi cui⁹ est reuolutio illo anno nobilitatē: honorē bonū ⁊ meliorationē in suis reb⁹ ac bonā famā vtilitatē ⁊ lucrū. Et si in radice fuerit fortis ⁊ recept⁹ ⁊ in reuolutiōe silr̄ fortis ⁊ fortunat⁹: signat bonū statū: ⁊ q̄ ānus bon⁹ erit hylaris ⁊ vtilis: ⁊ posse radicis firmat bonū ⁊ auget in fortuna. Et si ambas significatiōnes inueneris in ambab⁹ figuris in casu: ⁊ infortunio: erit illa significatio: mali dāni: laborū ⁊ anxietatū in illo āno. De dño anni. ¶ Peius qđ hr̄e possit ille cui⁹ est reuolutio: est qn dñs anni fuerit in aliq angulorū infortunat⁹ a planeta infortunāte ipm sine receptiōe de 4ª vel oppōne ⁊ q iunct⁹ fuit cū eo corporaliter in radice: q2 tūc in illo āno hēbit nat⁹ anxietates: labores penas ⁊ amissiōes mltas. ¶ Qn dñs āni remot⁹ fuerit ab angulis: dānū ⁊ malū ei⁹ erit min⁹: ⁊ significat met⁹ ⁊ ipedimētū min⁹ ⁊ debili⁹ altero. ¶ Qñ dñs anni fuerit infortunat⁹ ⁊ dñs radicis silr̄: ⁊ fuerit retrogradus vel cōbustus: ⁊ luna silr̄ fuerit infortunata a loco q̄ nulla sit receptio: signat q̄ ille cui⁹ est reuolutio se ipm iterficiet illo anno: aut cōmittet rē pp quā occidet': vel pp quā recipiet magnū dānū ⁊ grauitatē: maxime si fortune remote fuerint ⁊ cadētes ab eo. Et si ibi fuerit aliqđ testimoniū fortunarū aliquātulū remouebūt aut iuuabūt vt euadat ⁊ exeat ab illis ipedimētis ⁊ anxietatib⁹. ¶ In reuolutiōe āni aspice ad signū applicatiōis: ⁊ si in eo inueneris infortunā aut i ei⁹ oppōne vel 4ª: erit significatio mala multū adducēs illi cui⁹ est reuolutio mala: penas ⁊ ipedimēta magna: nisi forte receptiōes earū ⁊ aspect⁹ i radice ⁊ reuolutiōe ⁊ remouerint ea. ¶ Silr̄ si lunā inueneris vacuā cursu ⁊ dñm āni cadētē ab ascēdēte: est ēt significatio mala: q2 signat vacuitatē: fessitatē ⁊ pigritiā in oib⁹ reb⁹. Et silr̄ si luna nō aspexerit domū suā ⁊ applicuerit planete debili potētiā nō habēti. ¶ Qn dñs anni aspexerit ascēdēs vel signū applicatiōis de oppōne vel 4ª: est sicut ibi aspiceret infortuna mala ⁊ malū signat illo anno: q2 planeta nō aspicit de oppōne vel 4ª nisi aspectu inimico ⁊ maliuolētie. ¶ Et si aspect⁹ fuerit de 3º vel sextili: bonū vel fortunā ⁊ posse significat. ¶ Et ois planeta pijciēs lumen suū de forti ⁊ firmo loco: illud lumē pficit ⁊ fortunat: ⁊ si planeta ille fuerit fortuna si lumē illud fuerit in dño ascēdētis vel in dño āni. Et si planeta fuerit debilis ⁊ remotus ab angulis nō pōt hr̄e fortitudinē in bono vel malo. ¶ Et nullus planeta qñ fuerit cadēs ⁊ pegrin⁹ potētiā hȝ nec radij sui. ¶ Et scias q̄ qñ ann⁹ puenerit ad qrtā domū radicis: accidet nato vilitas illo anno ⁊ vilipēsio. ¶ Et si in radice vel reuolutiōe fuerit infortuna cōtinget impedimentū et periculū in corpore suo. Et si ibi fuerit fortuna vel eius radij: dissoluit maiorē partē huius: et accidet nato illo anno aliq vilipēsio vel depressio: tñ lucrabit' substā: et vilitatē hēbit a parētib⁹ vel hereditatibus. ¶ Qn annus puenerit ad locū in quo fuit cauda in radice: malū est: q2 signat q̄ erit in potētia inimicorū suorū: an poterunt magis eo: vel fugiet aut abscōdet se ab eis. ¶ Qn annus puenerit ad sextā ra

dicis vel septimā vel octauā siue.12.silr malum est:maxime si fuerint i his locis i radice
infortune vel in reuolutiōe aut infortunata fuerit vel dānata. Et applicatio ad 7am separati
si testimonia ifortunarū ibi fuerint: rixas ꝛ ꝯtrariatores sigt:cās ꝛ molestias ex pte mu-
lieꝝ ꝛ ꝯiugū. ¶ Et si ibi fuerit testimoniū fortunaꝝ:sigt ꝯiugiū ꝛ gaudiuꝫ ꝓ cōiugio ꝛ
mulierib⁹:ꝛ associabit cū suis eq̄lib⁹ ex quo sibi bonū eueniet ꝛ gaudiū. ¶ Qñ plane
ta in āno fuerit fortis dñator firmus in angulis ac fortunat⁹ ꝛ receptus:dat altiores sig-
nū suarū ꝑm ꝓprietatē ꝛ nām ei⁹ ꝛ nām loci vbi fuerit. Et si fuerit i mediocri statu ꝛ cōi
dat mediocriter ꝑm posse suū. Et si fuerit debilis infortunat⁹ dānat⁹ ꝛ cadēs:demōstrat
dānū in reb⁹ q̄ fuerint de nā ꝛ ꝓprietate ei⁹:ꝛ misce nās ꝛ ꝓprietates signi in quo fuerit
cū suis. ¶ Qñ aliq̄ infortūa recepit lunā de tertio vel sextili in reuolutiōe āni:sigt bonū
ꝛ ꝑfectū de ꝓprietatib⁹ ꝛ nāis ipsi⁹ infortune. Et si receptio illa fuerit de 4o vel oppōne
nō durabit ille ꝑfect⁹:ꝛ erit ei⁹ finis in malo ꝛ dāno. ¶ Qñ in reuolutiōe fuerit applica
tio ad aliqd̄ signū in quo fuit in radice aliqs planeta fortuna vel infortuna:ꝛ postea i re-
uolutiōe eadē ipse planeta aspexerit ipm signū v̄ificat ꝛ affirmat res q̄s siguerat in radi
ce de bono vel malo. Et si nō aspexerit signū ꝛ fuerit cadēs ab eo:ille sigtiōes ei⁹ siue for
tune vel infortune q̄s dederat i radice nō appebūt i illa reuolutiōe nec i illo āno. ¶ Me
lius qd̄ eē possit in reuolutionē ānoꝝ est qñ planeta dñator in āno intrabit āgulos ꝛ fue-
rit recept⁹ in eodē angulo ꝓijciēs suos radios ad fortunā q̄ sit ascēdēs ꝛ fortis:qꝛ h̄ sigt
bonū meliorationē:ꝓsperitatē ꝛ fortunā illo āno. ¶ Qñ si planeta dñator fuerit ifortunat⁹
separat⁹ ab angulis:ꝛ remot⁹ a receptiōib⁹ hic nō possit in sigtiōib⁹ suis vllū bonū:ꝛ ac
cidet illi cui⁹ est reuolutio in illo āno ipedimētū depressio ꝛ infortuniū i reb⁹ suis donec
idē planeta intret signū a q̄ aspiciat locū suū ꝑmū aspectu amicitie:qꝛ qñ fuerit illud for-
